

adeo ut debitor nequeat amplius in vim antiqui, sed vigore novi contractus conveniri. Quare si in novo instrumento antiqua præserventur jura favore creditoris, cum ideo excludatur novatio, ita nullum remanet Cambium. (33. 4 Ut mala fides, et suffocationis debitoris suspicio in creditore non appareat, ut declarando, et corrigendo novas additiones tenent auctoritates ibid. allegat. (34. His deficientibus ipso jure corrumpitur contractus, qui licet camerale sit obligatione munitus, nullam meretur executionem. Marrescot., Variar. Resolut., lib. II, cap. 120, a num. 33 ad 36; Rot. coram Cavaler., decis. 456, n. 1, coram Seraphim., dec. 430, num. 5, coram Falcon., tit. de Fid. Instrument., decis. 1, num. 2 et 3, et in Eugubina Cambiorum, 21 Aprilis 1755, § fin. coram Elephantutio.

(35. Super his absolute, non tamen satis recte in novis addit. Art. 1, traditur præteritos non modo, quam futuros fructus in nova Cambia posse converti, quod tamen non ita absolute sumendum est. (36. Si enim iniquum reputatur in jure usurarum usurarum repetere, quanto iniquius erit, ab usuris usurarum in novam sortem conversis usurarium captare lucrum, et novos creare contractus? (37. Qui usurarum futuras anticipate consequitur, obtinet id, quod in singulos annos habiturus erat, ideoque, si omnes eodem tempore recipiat, ex ipsis duplicatas consequetur usurarum. Deinde quo demum titulo poterit creditor easdem retinere? (38. Usuræ ex pecunia credita permittuntur, eo quia sit debitori concessus ejusdem pecuniæ usus, et negotiatio. (39. At Creditor anticipate recipiens usurarum, neque usum, neque negotiationem concedit debitori, ideo nullo modo possunt sustineri, cum debitor ex ea pecunia lucrum nequeat consequi, nec creditor commode propriæ pecuniæ privatur, sed et pecuniam, et ipsius accessiones nondum debitas, et ulterius ab his accessionibus novos percipit fructus, quo nihil iniquius, nihil absurdius excogitari potest, ut tenent innumerati allegati Doctores a Rota in Recent., part. 14, decis. 420; sub num. 7, vers. *quæ cuncta*, et num. 8, et præcipue part. 15, dec. 116; (40. ubi contrarias conciliando opiniones sequentem tradit distinctionem.

(41. Aut coactiva, aut voluntaria est decurrendorum anticipata solutio. Si coactiva, nullo modo potest sustineri. (42. Aut voluntaria est, et tunc sustinetur, dummodo anticipata solutio quartam partem sortis non excedat, ut definitum est in celebri Voto Sac. Pœnitentiariæ, num. 14, in præsent. decis. 160; part. IV, tom. II, recent. Card. de Lugo de Just. et Jur. disput. 27, sect. 3, n. 10; Filic. Oper. moral., tractat. 35 de Contract. 35, de Contr. oneros., c. 6., n. 106. (43. Cum

## SUMMARIUM.

1. Campanarum usus expresse indicatur a Glossa in duobus vulgaribus versiculis.—2. Unde non licet regulariter pulsare Campanas benedictas, seu consecratas, ut convocetur populus ad arma, vel ad designanda supplicia, et mortes quæ dantur reis. —

enim plus solvere dicatur, qui anticipate solvit ad textum in § *Plus autem*, Instil. de action. *Plus petitur tempore, veluti si quis ante diem, vel ante conditionem petierit.* (44. Ideo sicut debitor ab anticipata solutione commodum, creditor vero incommodum sentit, ita æquum est, ut vice versa reductionis, et diminutionis beneficio perfruatur debitor, illius vero detrimentum patiatur creditor, (45. qui tamen anticipate decurrendas summas percipiendo, nova cum his inita negotiatione, potest compensari. Ita mirifice declarat quæstionem allegat., dec. 110, part. 16, recent., et cor. Ansaldo., in addit. ad dec. 104, a num. 24 ad 37.

(46. Superest videndum quis possit Cambia creare. Cum Cambium inter contractus adnumeretur, hinc omnes, qui contrahere possunt, tum activa, tum passiva creare Cambia non prohibentur. Franck. Instit. Jur. Cambial., lib. I, sect. 11, tit. 9, § 3 et 4.

(47. Minorenes et mulieres si læsæ sint, in integrum restitui posse etiam in cambiali contractu tradit Heinec. de Vitiis negot. Collyb. vel Camb., exercit. 11, c. 2, § 7 et 8.

(48. Dubium est circa filium familias, qui si sit in patria potestate licet contrahere nequeat, si tamen pater sciat, filium negotiari, recte in Cambio ipse filius obligatur. Heinec., loc. mox cit.

(49. Quoad Clericos saltem beneficiatos illis omnino interdicta sunt Cambia uti negotiatio prohibita, de quibus fuse agit Auctor in verbo *Clericus*, artic. 3, et declarat Rot., cor. Falcon., tit. de Vita et Honest. Cleri., decis. 1, per tot. (50. Quod si tamen in Cambiis percepta acquiruntur Camera Apostolicæ ex Constit. Pii IV ex ordine Bullar. Mainard. 19, § 1, tom. II, fol. 29; Pii V Constit. 42, § 6, dict. Bullar., tom II, fol. 238; Sixtus V, Constit. 100, § 10, dict. Bullar., tom. II, fol. 667.

(51. Quid vero si angustiis pressi non activa, sed passiva contrahant Cambia? Sunt qui tenent a Clericis passiva Cambia posse creari; dummodo onus cambiendi, et recambiendi in creditorem, vel tertium sit translatum. (52. Indistincte tamen Cambia passiva ab ipsis posse creari tenent Antonel. de Jur. et Oner. Clericor., part. 1, capitulo 7, num. 7; Piton. discept. Eccles. 80, num. 6; Rot. in recent., part. 15, dec. 209, n. 19 et 20, ubi rationem affert. (53. Etenim ratio, ob quam interdictum est Cambium Clericis, in eo posita est, quod nequeant ex illicitis negotiationibus lucrum captare. (54. Cessat autem hæc causa, dum non ad captandum lucrum, sed potius ad proprias reparandas angustias Cambia ineunt, ideo cessare debet prohibitio.

## CAMPANA.

5. Campanæ enim benedicuntur, ut vocetur populus ad conveniendum in templo, et Clerus, ad annuntiandas Dei laudes, ut Fideles omnes invitentur ad preces et devotionem.—4. Insuper benedicuntur Campanæ, ut earum sonitu terri Dæmones statim discedant, et ut repellantur procul hostiles exer-

citius, et ut fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum et fulgurum, infesta tonitrua, et ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, et aeræ tempestates prosternantur.—5. Campanæ antequam in Campanili collocentur, debent esse benedictæ, et consecratæ ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem, et hoc de necessitate præcepti.—6. Adeo ut etiam Regulares possint cogi ab Episcopo ad deponendum de Campanili Campanas, si ibi non benedictas appenderunt.—7. Imo Episcopus potest prohibere ne Campanæ nondum benedictæ pulsantur.—8. Benedictio Campanarum ab Episcopo delegari non potest sibi inferioribus; inferioribus enim Episcopo committi non potest, nisi ex speciali Indulto Pape.—9. Et qui habet indultum non potest aliis benedictionem delegare, nisi hoc illi concedatur expresse.—10. Privilegio benedicendi Campanas gaudent Abbates, alique Prelati usum Pontificalium habentes, dummodo id faciant pro solo usu suarum Ecclesiarum.—11. Campanæ in Sabbato Sancto non possunt in aliqua Ecclesia pulsari ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali vel Matrice.—12. Tam in Ecclesiis Regularibus, quam secularibus.—13. Etiam in Ecclesiis S. Joannis Hierosolymitani, etiam prope, et extra muros existentibus, et etiam in Ecclesiis Confratrum.—14. Etiam si adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem.—15. Regulares ratione hujusmodi pulsationis in Sabbato Sancto possunt conveniri coram Locis Ordinariis, nisi consuetudo in contrarium esset legitima, vel Ecclesiæ multum distarent.—16. Regulares prohiberi non possunt ab Ordinariis, et quibuscunque Personis, ne in aliis diebus præter Sabbatum Sanctum pulsant Campanas in suis Ecclesiis, et celebrent ante celebrationem Missæ, et pulsationem Campanæ in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice.—17. Imo possunt Regulares prius pulsare Campanas, et Missas celebrare priusquam Parochi celebrent.—18. Et post indultum S. Pii V adest ad id Decretum Sacræ Congregationis Episcop. et Regul.—19. Et aliud Sacræ Congregationis Rituum.—20. Et aliud Sacræ Congregationis Concilii.—21. Et aliud novissimum ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in Aquensi.—22. Campanæ non sunt pulsandæ tempore Interdicti.—23. Permissum tamen est, ut

(1. Campanarum usus expresse indicatur a Gloss. in cap. *Quia cunctos* unic. de Offic. Custodis Extravag. commun., ubi verb. *Campana* (1) adducit Campanam sic de se ipsa loquentem duobus his versibus (2).

*Laudo Deum verum, Plebem voco, congreco Clerum, Defunctos ploro, Pestem (3) fugo, Festa decoro.*

(2. Unde non licet regulariter pulsare Campanas benedictas, seu consecratas, ut convocetur populus ad arma, vel ad designanda supplicia et mortes, quæ dantur reis; Concil. Mediolan. I, part. 2, tit. de Ecclesiis, et eorum cultu in fine, his verbis: « Sacræ Campanæ usum, qui ad fideles præmonendos, ut ad

(1) Quas Campanas dicimus, eas Germanica voce *cloccas*, et Gallica *cloches* olim vocabant. Ita Gubertus ad Lullum Episcopum, ep. 89: *Cloccam*, inquit, *qualem ad manum habui, tuæ Paternitati mittere curavimus.* (ED. BAR.)

(2) Hos versus multis illustrat cl. P. Zech. de Jure rerum Ecclesiasticarum, unde Franc. Antonius Zaccaria, tom. I Discipl. Populi Dei Fleuryanæ, p. 122 dissertationem excerptit de *Campanis, et Instrumentis musicis.* (ED. BAR.)

(3) Quid hic *pestis*. Malo cum Zechio legere: *umbum fugo*: in quæ verba ita idem Zechius dis-

tempore Interdicti in Festis Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, et Assumptionis B. M. V. celebrentur Divina Officia solemniter cum pulsatione Campanarum.—24. Hæc concessio fuit per Martinum V et Eugenium IV ampliata ad Corpus Christi, et Virginis Conceptionem cum tota Octava.—25. Regulares, quibus post Concilium Tridentinum, et Gregorium XIII, cum sufficientibus derogatoriis specificè et expresse est a Sede Apostolica concessum, ut quædam proprii Ordinis Festa solemnè ritu tempore Interdicti generalis quæcumque auctoritate positi, celebrent, possunt omnibus illis Festivitatibus Missas, et Divina Officia celebrare alta voce, et apertis januis, et pulsatis Campanis et omnia alia peragere, ac si Interdictum minime appositum esset.—26. Campanæ benedictæ non pulsantur, nisi ad usus quos recenset Glossa *Extr. Quia cunctos*, de Offic. custod. —27. De consensu Episcopi Campanæ benedictæ pulsari possunt ad usus profanos, ad quos non sequuntur causæ sanguinis.—28. Et sufficit hanc licentiam semel petere pro semper.—29. Episcopus prohibere non potest Regularibus, ne Campanas pro funeribus pulsant sine ipsius licentia.—30. Servanda est pia consuetudo pulsandi Campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est Officium Defunctorum.—31. Quoad mercedem Campanæ, quæ pulsatur occasione funerum, servanda est consuetudo.—32. Abusus non est tolerandus, quod Campana aliqua pro solis nobilibus pulsari reservetur.—33. Quinam primus usus Campanarum tribuendus sit.—34. De disciplina ob quam majori hebdomada Campanarum pulsatio interdicatur. *Remissive.*—35, 36. Ubi non sit nec Cathedralis, nec Matrix Ecclesia, Ecclesia magis digna Campanas prior pulsare debet Sabbato S.—37. Quoad alia. *Remissive.*—38. Jam a sexto sæculo constat Campanas in Ecclesia in usu esse coepisse.—39, 40. Et Ecclesiam parochialem plures, easque majores Campanas habuisse.—41. Campanas certis horis diei ac noctis pulsandas consuetudine introductum est.—42. In die etiam Anniversaria nequaquam recens est, quod Campanæ sero et mane ante Officium diu pulsantur.—43. Cujus ritus auctor quis fuerit.—44. De Campana Bannali.

Divina convenient Officia est introductus, indignum est, ad conveniendos homines ad spectacula suppliciorum adhiberi. Quamobrem Principes ac Magistratus etiam atque etiam hortamur ut Campanis, quæ Ecclesiarum usui sunt addictæ, si consecratæ sint, ad pœnarum significationem quemquam uti ne patiantur. » Et sacra Congregat. Episcop. et Regular., in Papiensi de anno 1581, apud Barbosam in Collectan., dec. Apost., verb. *Campana*, num. 1, expresse decrevit, quod Campanæ consecratæ etiam in turri profana existentes, nullatenus usui profano inservire debeant, etiamsi in hunc usum a secularibus fabricatæ prætenderentur. (3. Cam-

putat: « Persuadent sibi aliqui ex Philosophis, Campanarum sono aerem scindi, et tempestatum injurias ad naturalem effectum depelli: Alii confidunt in virtute divina, quæ precibus Ecclesiæ in benedictione Campanarum imploratur... Nota est persuasio populi, quia fulmine et grandine se tutum fore confidit, ubi auditur sonus Campanulæ a S. Bennone, de quo Acta 55, 16 Junii, p. 149 et a S. Wolfgango benedictæ. » Addere Zechius poterat sonum Campanulæ Laureti, in sacra Deiparæ domo benedictæ. (ED. BARBIEL.)

panæ ex Conc. Coloniensi II, part. IX, cap. 14, benedicuntur, ut vocetur populus ad conveniendum in templo, et Clerus ad annuntiandas Dei laudes, ut Fideles omnes invitentur ad preces et devotionem, cujus institutionis meminit liber Romani Ordinis relatus in cap. 1 de Offic. Custodis, ubi Campanæ appellantur signa, quia in eum finem pulsantur, ut sint signa temporis, quo Clerici ad Divinas Horas recitandas, et Fideles ad interessendum Sacris debent convenire; consonant textus in cap. *Solent*, de Consecrat., dist. 1, et in cap. 2 de Offic. Custodis. (4. Insuper, ait ipsum citat. Concil. Coloniense, benedicuntur Campanæ, ut earum sonitu terribi Dæmones statim discedant, et ut repellantur procul hostiles exercitus, et ut fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum et fulgurum, infesta tonitrua, et ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, et aereæ tempestates prosterantur; Concilium ibi. Fusc. de Visitat., lib. I, cap. 14, num. 7, et latissime post alios recentiores Martinus Delsius, Disquisit. Magie., lib. VI, cap. 3, q. 3 ad fin. lit. F., et cum pluribus aliis Barbosa de Offic. et potest. Episcopi., part. II, allegat. 27, n. 47 et 48.

(5. Campanæ, antequam in Campanili collocentur, debent esse benedictæ, et consecratæ ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem, et hoc de necessitate præcepti, prout habetur ex Pontificali tit. de Benedictione Campanæ, ubi præscribitur, quod Campana debet benedici, antequam ponatur in Campanili; verbum enim illud debet, necessitatem importat: l. I, § 1, *Quod quisque Juris*; Glossa in Clementina Attendentes, verb. *Debeant*, de Statu Monachorum; Rota apud Farinac., part. I, tit. I, dec. 79. (6. Adeo, ut etiam Regulares possint cogi ab Episcopo ad deponendum de Campanili Campanas, si ibi non benedictas appenderunt; Sacra Congregatio Episcopi et Regul. in Aprutina 17 Januar. 1614. (7. Imo Episcopus potest prohibere, ne Campanæ nondum benedictæ pulsantur, Sacra Congregatio Rit. in Aprutina 5 Julii 1614. (8. Et hoc est advertendum, quod benedictio Campanarum ab Episcopo delegari non potest, quia unctio, quæ debet fieri cum Sacris Oleis, est Ordinis Episcopalis, et de necessitate præcepti, ut habetur in citato Pontificali; ideo inferioribus Episcopo committi non potest, nisi ex speciali indulto Papæ; Sac. Congr. Rit. in Majoricen. 19 April. 1687. (9. Et qui habet Indultum non potest aliis benedictionem delegare, nisi hoc illi concedatur expresse; eadem Congregatio in nullius Fulden. 1 Septemb. 1703. (10. Privilegio benedicendi Campanas gaudent Abbates, alique Prælati usum Pontificalium habentes, ut expresse declaravit Sacra Congregatio in Patavina 5 April. 1620, dummodo id faciant pro solo usu suarum Ecclesiarum, ut pluries censuit Sacra Congregatio et signanter 27 septembris 1619, § 19 in Decret. circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII emanato. Vid. verb. *Calix*

num. 5, et verb. *Abbas* num. 31, et verb. *Benedicere, Benedictio* art. 5. a num. 52 ad 56; ubi plura quoad præceptum, jus, et ritum benedicendi Campanas, traduntur, merito videnda et in praxi servanda.

(11. Campanæ in Sabbato Sancto non possunt in aliqua Ecclesia pulsari ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice; Leo X. in Constitut. incip. *Dum intra*, § 12. ibi: « Et ut debitus honor Matræ Ecclesiæ reddatur, tam ipsi Fratres, quam alii Clerici sæculares, etiam super hoc Apostolicæ Sedis privilegio muniti die Sabbati majoris Hebdomadæ, antequam Campanæ Cathedralis, vel Matræ Ecclesiæ pulsaverint, Campanam in Ecclesiis suis pulsare minime possint. Contrafacientes poenam centum Ducatorum incurrant. » Sac. Congreg. Rit. in Oriolen. 11 aprilis 1601; in Marcicen; 1609; in Venusina 30 Decemb. 1614, et 14 Novemb. 1615; in Syracusana 3 Junii 1617, et in alia Syracusana Modicæ 13 Februarii 1619. (12. Tam in Ecclesiis Regularibus quam Sæcularibus ex cit. Constitut. Leonis X., et adductis decretis; (13. etiam in Ecclesiis S. Joannis Hierosolymitani etiam prope et extra muros existentibus, et etiam in Ecclesiis Confratrum; Sacra Rit. Congreg. in Placentina, 21 Aug. 1604. et in Meliten. 6 Decemb. 1621. (14. Etiam si adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem; ead. Sac. Congr. Rit. in Syracusana Modicæ 22 Febr. 1719. (15. Regulares ratione hujusmodi pulsationis in Sabbato Sancto, posse conveniri coram loci Ordinario decrevit Sacra Congr. Concil. in Capuana, 23 April. 1591, nisi consuetudo in contrarium esset legitima; vel Ecclesiæ multum distarent, ex Sacra Congreg. Episc. et Regul. in Surrentina, 16 Julii 1601, et postea in Thelesina, 15 Februarii 1622.

(16. Regulares prohiberi non possunt ab Ordinariis, et aliis quibuscunque Personis, ne in aliis diebus, præter Sabbatum Sanctum, pulsant Campanas in suis Ecclesiis, et Missas celebrent ante celebrationem Missæ, et pulsationem Campanæ in Ecclesia Cathedrali, vel Matræ; S. Pius V., in Constit. incip. *Et si Medicantium*, § 22, ibi: « Prohibemus insuper eisdem Ordinariis, ac aliis quibuscunque Personis, ne impediant ipsos Fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festivis, aut aliis totius anni temporibus, Campanas pulsare, et etiam tempore, quo ipsi celebraverint, Missas celebrare. » (17. Imo priusquam Parochi celebrent ex eodem S. Pio V., § 8, ejusdem Constitutionis incip. *Et si Mendicantium*, ibi: « Nec non Missas (ait) et Divina Officia hujusmodi etiam in diebus Dominicis, vel festivis, etiam antequam Rector Parochialis Ecclesiæ celebraverit, celebrare, et facere, quando eis videtur. » (18. Et post Indultum S. Pii V., adest decretum Sacræ Congreg. Episcopi et Regul. 10 Octobris 1586, sic statuentis: « Ordinarii non impediunt Fratres pulsare Campanas ad Matutinum, ac Horas, et ad Missam, antequam pulsetur Campana majoris Ecclesiæ, præter quam in die Sabbati Sancti »

(19. Et aliud Sacræ Congregationis Rituum in Oriolen. 11 Aprilis 1601, statuentis: « Quod Campanæ in aliis diebus præter Sabbatum Sanctum pulsari possint ad salutationem Angelicam etc., indifferenter ante, vel post pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matræ. » (20. Et aliud Sac. Congreg. Concilii in caus. Nullius Provinciae Ravennaten. 15 Septembris 1629, statuentis: « Nequaquam prohibitum esse Regularibus Missas celebrare, et Campanas pulsare in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ, et pulsationem Campanæ in Ecclesia Cathedrali. » (21. Et aliud ejusdem Sac. Cong. Concil. in Aquensi pro loco Incisæ, ubi ad 14 dubium: « An possint PP. Carmelitæ dare signum, et celebrare Missam in diebus festivis eodem tempore, vel antequam detur signum, et celebretur Missa Parochialis? » sub diebus 19 Maii et 9 Jun. 1708 respondit, *Affirmative*.

(22. Campanæ non sunt pulsandæ tempore Interdicti; cap. *Quod Nonnullis*, 26 de Privilegiis, cap. *Permittimus* 57; de Sentent. Excommunicat. et cap. *Alma Mater* 24, de Sentent. Excommunicat. in 6. (23. Ex hoc autem cap. *Alma Mater*, verb. in *Festivitatibus* permittitur, ut in Festis Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, et Assumptionis B. M. V. celebrentur Divina Officia solemniter cum pulsatione Campanarum, ibi: « In Festivitatibus vero Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, et Assumptionis Virginis Gloriosæ Campanæ pulsantur, et januis apertis alta voce Divina Officia solemniter celebrentur. Excommunicatis prorsus exclusis, sed Interdictis admisis, quibus ob reverentiam dictarum solemnitatum, ut ipsi ad humilitatis gratiam, et reconciliationis effectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus Divinorum; sic tamen quod illi, propter quorum excessum Interdictum hujusmodi est prolatum, Altari nullatenus appropinquent. » (24. Et hanc concessionem fuisse per Martinum V., Eugenium IV., et Leon. X., ampliata ad Corpus Christi, et Virginis Conceptionem cum tota octava refert Volpi, resolut. 93, num. 6.

(25. Regulares quibus post Concilium Tridentinum et Gregorium XIII., cum sufficientibus derogatoriis specificè et expresse est a Sede Apostolica concessum, ut quædam proprii Ordinis Festa solemniter tempore Interdicti generalis quacunque auctoritate positi, celebrent, possunt in omnibus illis Festivitatibus voce alta, apertis januis, et pulsatis Campanis Divina facere, ac omnibus Fidelibus Sacramenta ministrare, exceptis nominatim Interdictis, et Interdicto causam præbentibus, et omnia alia libere, et solemniter ritu peragere, ac si Interdictum minime appositum esset, ut expresse (post Concilium Tridentinum et Gregorium XIII. qui in sua Constitut. incip. *In tanta rerum, et negotiorum mole* revocaverat omnia privilegia Tridentino adversantia) concessit Ord. Minorum S. Francisci Clemens VIII., die 17 Octobr. 1595. Constitut. incip. *Sacræ Seraphici*, per quam omnem dubietatem e medio tollit præcisus his verbis: « Sacræ Seraphici

B. Francisci Religionis in Sanctam Romanam Ecclesiam merita poscunt, ut privilegia, et indulta illi per Sedem Apostolicam concessa non modo conserventur, sed etiam ampliorentur. Cum itaque, sicut accepimus, diversorum Romanorum Pontificum concessionibus, Religioni præfatæ indultum sit, ut temporibus Interdicti, quacunque etiam Apostolica auctoritate appositi, Festa Sanctorum ejusdem Ordinis, Francisci nimirum, Bonaventuræ, Antonii de Padua, Ludovici, Bernardini, Claræ, Elisabeth, ac Martyrum solemniter ritu celebrare, proinde ac si interdictum hujusmodi minime appositum esset, libere possint; Festa vero Sancti Didaci et Portiunculæ in prædicto Indulto minime comprehendantur; Nos Religionem prædictam amplioribus favoribus et gratis prosequi volentes, ac indultorum hujusmodi, et Litterarum Apostolicarum desuper expeditarum tenore, præsentibus pro expressis habentes, supplicationibus dictæ Religionis, per dilectum Filium nostrum Hieronymum Presbyterum Cardinalem Matthæum, Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, Religioni prædictæ universæ, ac cuicunque ipsius Ordinis, sive Familiæ Conventui, ut in eorum Ecclesiis, Festa etiam Sancti Didaci, et Portiunculæ, temporibus Interdicti, solemniter, prout alia Festa prædicta ac juxta Indultorum illi concessorum seriem, et tenorem, celebrare libere et licite possint, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus, ac indulta prædicta ad prædictas Sancti Didaci, et Portiunculæ Festivitates extendimus, et ampliamus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, Universalibus, Provincialibus, et Synodalibus, in conciliis editis generalibus, vel specialibus, nec non omnibus illis, quæ in præfatis Indultis, et Litteris Apostolicis concessum est, non obstante; cæterisque contrariis quibuscunque. » Dat. Tuscul. sub annulo Piscatoris, 17 Octobris 1595, Pontificatus nostri anno quarto. Sic exstat ad litteram apud Rodr., Collect. Privil., Bulla 4., et sic tenent plurimi cum Pignatelli., tom. X, consult. 1.

#### ADDITIONES AUCTORIS.

(26. Campanæ benedictæ non pulsantur, nisi ad usus quos recenset Glossa Extr. *Quia cunctos*, de Offic. Custod. Sacra Congreg. Episc. et Regul. 31 Januar. et 18 Martii 1581 et 29 Julii 1616.

(27. De consensu Episcopi Campanæ benedictæ pulsari possunt ad usus profanos, ad quos non sequuntur causæ sanguinis; et præsertim si communitatis expensis constructæ fuerint, quantumvis tale jus non sibi servasset; Sac. Congreg. Episc. et Regul., 3 Januarii 1539.

(28. Pro pulsatione Campanarum ad præfatos usus necesse non est ab Ordinario licentiam petere toties quoties pulsandæ sunt, sed sufficit eandem semel petere pro semper; Sac. Congreg. Episc. et Regul. 8 Junii 1592.

(29. Episcopus prohibere non potest Ra-

gularibus, ne Campanas pro funeribus pulsant, sine licentia ipsius Episcopi; Sac. Congreg. Episc. et Regul., 2 Februarii 1601.

(30. Servanda est pia consuetudo pulsandi Campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est Officium Defunctorum; Sac. Congr. Episc. et Regul., 21 Augusti 1607.

(31. Quoad mercedem Campanæ, quæ pulsatur occasione funerum, servanda est consuetudo; Sac. Congr. Episc. et Regul., 1 Maii 1617 et 28 Maii 1638.

(32. Est abusus non tolerandus, quod Campana aliqua pro solis nobilibus pulsari reservetur, sed pulsari debet pro quibuscunque petierint; Sac. Congr. Episc. et Regul. 19 Junii 1583.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(33. Cuinam primus usus Campanarum tribuendus sit, non conveniunt inter se scriptores; vide contrarias inter se opiniones apud Benedictum XIV, Instit. Eccles. 20, n. 2 et dub. 6 et sequent. « Illud (ait Pontifex Opt. Max. n. 1) solum dici potest, tintinnabula ante sæculum sextum ab Ecclesia Occidentali usu recepta fuisse, cum ex vita S. Columbanii Abbatis, quæ sæculo sexto exarata fuit, ac postea a P. Mabillonio in lucem edita, deprehendatur, ipsum sub mediam noctem pulsante Campana ad templum se contulisse, cæterosque Monachos somno excitatos ad templum pariter convenisse. »

(34. De disciplina pariter, ob quam majori Hebdomada Campanarum pulsatio interdicitur, non una scriptorum opinio; vide enim Benedictum XIV, Instit. Eccles., num. 6 et seq., ubi et qua norma sonitus Campanarum repetatur.

(35. Quod si in aliquo loco nec Cathedralis habeatur, nec Matrix Ecclesia, Ecclesia magis digna Campanas prior pulsare debet Sabbato majoris Hebdomadæ; idem Pontifex, n. 9.

(36. Tametsi duæ Ecclesiæ pari inter se dignitate veteri pactione statuerint, ut Sab-

SUMMARIUM.

1. Cancellariæ Apostolicæ Collegium ex 72 Officialibus constans stabilivit Sixtus IV. Constit. incip. *Divina*. — 2. Dicuntur Abbreviatores; aliqui sunt Præsidentes de Parco majori, et sunt 22. Alii 22 de Parco minori; alii examinant Litteras; et iis Officialibus competit Litteras signare; qualitates eorum, ut assumantur; quomodo dividendæ inter eos supplicationes. Quid pro labore accipere possint. A quo conficiendæ minutæ. Possunt officia resignare, vel libere, vel in favorem alterius; Litteræ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ; non possunt expedire Litteras non signatas a vicecancellario; signatas possunt acceptare et disponere. — 3. Vicecancellario subduntur, et in hos ampla est potestas vicecancellarii. — 4. Cancellariæ Apostolicæ Regulæ observandæ pro expeditionibus Litterarum reformatæ et præ-

(1) Et apud cl. Paciaudium in dissertatione Italica epistolari de duabus Campanis antiquæ apud Capuanos Ecclesiæ S. Joannis, quibus hæc carmina insculpta sunt:

bato majoris Hebdomadæ alternis vicibus prima Campanas pulsaret, alterutra earum in Collegiata erecta, ipsa pactione abrogata prior Campanas pulsare debet Sabbato majoris Hebdomadæ; mox laudatus Pontifex, ibi, n. 11.

(37. Vide et alia de Campanis apud eundem Pontificem, Instit. Eccles. 61, n. 4 (1).

ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(38. Jam a sexto sæculo constat ex ordine Romano, Campanas in Ecclesia in usu esse cepisse. (39. Motivo promovendi Officium sive Missam Parochialem constitutum, ut Ecclesia Parochialis plures, easque majores Campanas habeat, quarum pulsu populus ad officium convocetur. (40. Sanctus Carolus optavit, ut in omnibus Ecclesiis Parochialibus ad minus duæ Campanæ haberentur, eæque distincto soni concentu inter se recte consentientes, pro varia divinorum officiorum, quæ fiunt, ratione et significatione. (41. Campanas certis horis diei ac noctis pulsandas consuetudine introductum est. Primo, tempore Sacrificii Missæ et Horarum Canonicarum; secundo, cum elevatur Hostia in Missa solemni; item cum Viaticum, seu Corpus Domini ad infirmos defertur; hora meridiana, item vespere hora salutationis Angelicæ; in receptione Episcoporum et etiam Abbatum jura Episcopalia habentium, necnon Principum sæcularium, item ad fugandas tempestates, et in obitu defunctorum. (42. In die etiam anniversaria nequaquam recens est, quod Campanæ sero et mane ante officium diu pulsantur. (43. Refert Ordericus Vitalis, lib. III Historiæ, Osbernium Abbatem Uticensis hujus ritus Auctorem fuisse. (44. Consuetudine passim receptum est, quod Decimatores, sive alii, quibus onus reparationis incumbit, quive suppeditare tenentur necessaria ornamenta pro celebratione Divini officii, teneantur quoque ad unius saltem Campanæ restaurationem et intertentionem, quam *Bannalem* vulgo appellant. De quo vide Peckium et Brodæum in notis ad Lovetium, Lit. R., num. 50.

CANCELLARIA.

scriptæ sunt a variis Summis Pontificibus, et novissime a Clemente XI, Constitutione incipiente *Sanctissimus*, per septuaginta duo capita. — 5. Cancellariæ regulæ sunt certæ Constitutiones Apostolicæ, quas singuli Pontifices a principio sui regiminis circa causas beneficiale et judiciales facere, vel a Prædecessoribus suis jam factas renovare, augere, vel minuire consueverunt. — 6. Et solent esse septuaginta duæ. — 7. Cancellariæ episcopalis exercitium non debet vendi neque locari. — 8. Sed debet exerceri per proprios Episcopi Ministros, statuta provisione absque ulla participatione emolumentorum. — 9. Emolumenta Cancellariæ debent sufficere pro solo Notario. — 10. Sacra Congregatio aliquando concessit Ordinario uti emolumentis Cancellariæ pro solvenda Pensione. — 11. Vel pro suis necessitatibus. — 12. In Cancellariis Episcopalibus servanda est

Nos fecit Petrus Capuæ, quem dico priorem,  
Ad summi Patris, et ad hospitalis honorem.  
(ED. PARR.)

taxa Innocentiana. — 13. In ipsa taxa Innocentiana inter alia habetur, quod nihil, neque sub specie doni gratuiti recipi possit pro licentiis, seu Patentalibus concionandi, sive in Quadragesima, sive in Adventu sive in omnibus aliis temporibus, et pro quibuslibet locis. — 14. Cancellarius Episcopi nihil accipere potest, nec ratione Scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio titulo, sed gratis quorum interest, debet præstare hæc omnia, videlicet: approbationes ad audiendas Confessiones, licentiam administrandi Sacramenta, licentiam deserviendi beneficiis, licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia, licentiam celebrandi missam, licentiam colligendi elemosynas, mandata publicandi in Ecclesiis eos qui primam Tonsuram, vel Minores, vel Sacros Ordines suscipere voluerint. — 15. Quoad alia vero, quæ sequuntur, poterit aliquid percipere, si nullum sibi salarium vel stipendium constitutum fuerit, tuncque congruam tantum sui laboris mercedem, quæ quoad litteras collationis, vel institutionis Curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum in illis unum aureum, et quoad Litteras dimissoriales et Testimonialia, decimam unius auri nunquam excedat. — 16. Cancellarius Episcopi pro mercede copiarum processuum, seu actorum servare debet taxam pluries a S. Congregatione Episcoporum approbatam; ad n. 17. — 18. Cancellarius in exigendis emolumentis debet servare Taxam Innocentianam in illis, in quibus ipsa Taxa disponit; in reliquis vero vel Metropolitanam vel propriam Diocesis; dummodo non sit rigilior, et contra Decreta Sac. Congregationis. — 19. Cancellarius enim sive Notarius non potest exigere, nisi mercedem taxatam a lege, et si aliquid citra recipiat, peccat, et tenetur ad restitutionem. — 20. Scripturæ, et instrumenta quæ conficiuntur et rogantur a Cancellario Episcopi, tanquam Cancellario, servari debent in Episcopi Cancellaria, non autem transferri debent ad Archivium Communitatis. — 21. Quinimo potest episcopus per Edictum præceptum facere aliis Notariis, quod exhibere debeant in Cancellaria Episcopali Acta, seu Rogitus, illorumque exemplaria spectantia ad Monasteria Monialium. — 22. Cancellarius Episcopi, etiamsi sit Laicus, gaudet privilegio Fori et exemptione ab oneribus personalibus, præsertim sordidis.

(1. Cancellariæ Apostolicæ (1) Collegium ex 72 Officialibus constans, stabilivit Sixtus IV, Constit. 16, incip. *Divina* (2). Dicuntur Abbreviatores, *ibidem*. (2. Aliqui sunt Præsidentes de Parco majori, et sunt 22. Alii 22 de Parco minori (3); alii examinant Litteras, et iis Officialibus competit Litteras signare. Qualitates eorum, ut assumantur; *ibid.* Quomodo dividendæ inter eos supplicationes,

(1) « Cancellaria, inquit Budæus ad Pandectas, usurpata pro loco, ubi publicæ litteræ a scribis Principum, et Magistratum conficiuntur. Hinc Cancellarius dicitur, cujus eæ primæ sunt partes videre, ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullum rescriptum, nulli codicilli Regii, non e Republicæ, atque etiam e dignitate Reipublicæ, principisque exeant. » Sed verius hoc nomine appellatur, quod rescripta, diplomata, et privilegia, antequam sigillo muniantur, cancellare soleat, id est transversis lineis, veluti cancellis, expungere, et illud *L. Cancellaverat. ff. de bis, quæ Testam. delent, et L. Chirographum ff. de Probat.* Quo illud spectat Polyeratis in initio libri:

Hic est, qui leges regni cancellat iniquas,  
Et mandata pii principis æqua facit.

Plura de Cancellariis apud varias gentes, invenies apud Thomassinum T. I, lib. 2, cap. 104, et sequent. (ED. PARR.)

(2) Abbreviatorum Collegium primus instituit Pius FERRAR. II.

— 25. Quamvis extra Diocesium delinquat, adhuc gaudet privilegio Fori. — 24. Intellige tamen, dummodo tempore carcerationis actualiter inserviat. — 25. Hinc Cancellarius Episcopi, et alii de ejus Familia sine Episcopi licentia non sunt molestandi pro custodia portæ civitatis. — 26. Cancellarius Curie et mensæ Episcopalis, qui non vivit expensis Episcopi, seu non est ejus commensalis, gaudet quidem privilegio fori et exemptione a personalibus, sed non ab oneribus realibus et mixtis, nisi concurrat legitima consuetudo ad ejus favorem. — 27. Cancellarius Foraneus Archiepiscopi gaudet privilegio Fori. — 28. Idem decretum fuit de Cancellario Abbatis. — 29. Cancellarius Foraneus Curie Episcopalis admittendus est ad Magistratum sæcularem, ne libertas Ecclesiastica præjudicetur, ita tamen ut quoad pertinentiam ad Officium Magistratus, non gaudeat privilegio Fori. — 30. Cancellarius Vicarii Foranei gaudet tantum privilegio Fori. — 31. Cancellarius S. Officii censuratus ob recognitionem cadaveris factam in loco immuni, cassata dicta recognitione, absolvitur. — 32. Cancellarius, et alii Officiales Curie Laicalis facientes recognitionem corporis cadaveris præcipitati in puteo Cortilis contigui habitationi Vicarii Generalis, non incidunt in Excommunicationem, attento, quod Vicarius dixerit talem recognitionem non spectare ad ipsum, sed ad Curiam Laicalem. — 33. Cancellaria Apostolica an et quomodo possit supplere in Litteris Apostolicis id quod est omissum in supplicatione *Remissive*. — 34. In quibus Cancellaria Apostolica possit Litteras Apostolicas corrigere. *Remissive*. — 35. Cancellariæ nomen unde veniat. — 36. Quis Cancellarius dictus sit. — 37. In Ecclesiis quoque Cathedralibus jam pridem munus Cancellarii fuit. — 38. Cancellaria quo sensu accipiatur in Jure Canonico. — 39. Cancellarius apud Veteres accipiebatur pro Notario, in novo tamen Jure frequenter pro dignitate Ecclesiastica. — 40-45. Quando Cancellarii munus ad eam pervenerit eminentiam et prerogativam, in qua hodie in Romana Curia conspiciuntur. — 44. Cancellarius quando dici coeperit Vicecancellarius. — 45. Vicecancellarius habet fixum titulum Cardinalitium. — 46. Negotia, quæ per manus Vicecancellarii transeant. — 47-52. Vicecancellarii Officiales. — 53-61. De Regulis Cancellariæ.

quid pro labore accipere possint, a quo conficiendæ minutæ; possunt officia resignare, vel libere, vel in favorem alterius; Litteræ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ; non possunt expedire Litteras non signatas a Vicecancellario; signatas possunt acceptare, et disponere, *ibidem*. (3. Vicecancellario subduntur, et in hos ampla est potestas Vicecancellarii (4), *ibid.* (4. Cancellariæ Apo-

II. Paulus II, in ordinem redegit, de quo Platina irreverenter, nec satis vere queritur in ejus vita; Sixtus vero IV restituit 1478. Constit. ut hic dicitur *Divina*. Paulus V, qui et ipse in minoribus constitutus Abbreviatoris munere functus fuerat, multa huic Collegio privilegia contulit An. 1615. Constituit *Romani Pontifices*; qua de re vide Corradum in Praxi disp., lib. II, cap. 8 et lib. IV, c. 6. De his quoque optime meritis est Benedictus XIV, edita die 10. Sept. 1740, Constitutione: *Maximo*. (ED. PARR.)

(3) De Parco dicuntur a loco, in quo sedent, quo tempore munus suum exercent. (ED. PARR.)

(4) Olim quos nunc *Vicecancellarios* dicimus, S. R. E. Bibliothecarii passim vocabantur. *Cancellarii* quoque appellabantur. Bernardus a Mallinckrot refert de Archicancell. lib. II, cap. 5, reperisse se apud Lindembrogium inter privilegia Hamburgensia Leonis IV, qui an. 847 Thronum conscendit, litteras *datus per manum Stephani Cancellarii S. R. E.* In Bullario tamen Romano prima, quæ a Cancellario